



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 9. Patriarchæ Jerosolymitani & Antiocheni.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. Olybrio Consulatum gerente Indictione  
 A. C. 526. quarta id est anno 526, ætate admodum  
 provec̃ta postquam Regnum annis 33. tenuit. Amalaricum Theodorici ex alia  
 Filia Nepotem Visigothi in Hispania & in illa Parte, quæ Galliis contermina est, usque ad Rhodanum fluvium, Regem receperunt.

## §. IX.

*Patriarchæ Jerosolymitani & Antiocheni.*

In Oriente Joannes Patriarcha Jerosolymitanus e vivis abiit anno 525. cum ab anno 517. Sedem tenuisset annis 7. Mensibus 9. Successorem habuit Petrum Eleutheropoli natum. Antiochiæ Euphrasius Patriarcha terræ motu concussa Civitatis ruinis obrutus est die Veneris 29. Maji Olybrio Consule Indictione quarta nempe anno 526. In ipsius locum electus est Ephrem genere & lingua Syrus

vit. S. Sab.  
n. 68.

ricus vereinigten sich alle grosse Eigenschaften, und Tugenden ꝛc. Auf seiner folgenden Seite heisset es hingegen vom Kayser Justinus also: Der Ruhm, den Justinus hinterlassen, kann nicht einmal zweydeutig genennet werden. Er war ein Bauer aus Illyrien, und blieb es auch bis in seinen Tod. Warum lobet unser Uebersetzer den einen, und beschimpfet den andern? Justinus war ein Catholik, und Theodoricus heinet.

rus, qui variis Muneribus antea bene fun-  
ctus tunc Comitum Orientis Dignitatem  
obtinebat. Cum illa calamitas urbem  
Antiochenam affligeret, ipse quibuscun-  
que poterat modis succurrebat miseris;  
hinc populi amorem sibi conciliavit; nam  
inter cœteras, quas colebat, virtutes sem-  
per charitas in pauperes eminuit. Mag-  
no etiam zelo profitebatur Religionem  
Catholicam, quam pluribus editis libris  
Græco Sermone, quippe hanc quoque  
linguam non ignorabat, defendit.

Sæculum VI.  
A. C. 527.

Sup. XXXI

§. 32.

Evagr. IV.

hist. c. 6.

Phot. Cod.

128. p. 773.

§. X.

*Justini obitus. Justinianus Impe-  
rator.*

Justinus Imperator comperta Civitatis  
Antiochenæ ruina vehementer indo-  
lens magnam pecuniæ copiam misit, ut  
repararetur. Anno sequente, cum haud  
multum temporis se supervicturum omi-  
naretur, Justinianum Nepotem suum  
Augustum pronunciavit, eumque cum  
Theodora uxore coronari jussit prima  
Aprilis Indictione quinta Mavortio Con-  
sule id est anno 527. Justinus exinde  
circumactis quatuor Mensibus die Domi-  
nica prima Aug. anno ætatis septuagesi-  
mo septimo vivere desit, postquam an-  
nos novem imperasset. Justinianus an-  
nos vitæ numerabat quadraginta quin-

Theoph. an.

9. p. 147. 148.

Chr. Pasch.

p. 334. &

375.

Marc. Chr.

an. 526. 527.

Dd 4

que,